

Band II., Nr. 327, Seite 43-45

*Bischof Günther von Speyer verpflanzt die von Walter von Lomersheim begonnene Stiftung des Klosters in Eckenweiher nach Maulbronn unter Aufzählung und Bestätigung der dahin abgetretenen Güter und Rechte.*¹

Ohne Ortsangabe, 1148.²

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Guntherus, dei gratia sanctę Spi-
rensis ecclesię episcopus, omnibus tam futuri quam praesentis seculi fidelibus
notum fieri desidero, quod domnus Waltherus de Lomersheim, vir nobilis ac
ex antiqua prosapia in utraque parentum linea liber et, dum saeculo militaret,
moribus compositus ac in armis satis strenuus; hic, inquam, spiritu sancto
inspiratus, se suaque deo mancipare devovit. Quapropter, sanctum suum pro-
positum effectui mancipare fervens, ab abbate Novi Castri Udalrico multis
supplicationum lacrimis Dietherum abbatem cum XII monachis ac paucis
conversis ad construendam Cysteriensis ordinis abbatiam in patrimonio suo
vix obtinuit, eosque in hunc modum sibi concessos in Ekkenwilere collocavit,
illicque propositum suum, prout diu aestuabat, explere posse speravit. Sed
cum multa, quae claustrali dispositioni sunt necessaria, illinc deficere per-
penderet, nos cum praedicto abbate Diethero gratia consulendi auxiliumque
querendi supplex adiit et, ut locum et conventum intuitu dei visitaremus,
tandem exorando obtinuit. Nos itaque sanctum ac re[li]giosum conventum,
prout exorati fuimus, gratia visitandi adeuntes, locum omni claustrali dispo-
sitioni inutilem et penitus ineptum perpendimus, et idcirco ministerium et
ęcclesiam nostram honestare cupientes, praedictum abbatem Dietherum in
fundum nostre ęcclesie, scilicet Mullenbrunnen, locum tunc quidem penitus

¹KARL OTTO MÜLLER: Die unbekannte Gründungsurkunde Maulbronns vom Jahre 1147. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte, NF 31 (1922-24), S. 29-44, S. 30, schlägt als Korrektur für das Regest vor: *Bischof Gunther von Speyer beurkundet unter Darlegung der Gründung und des ersten Gütererwerbs des Klosters Maulbronn die Befreiung der Klosterhufen von dem Zehntrecht der Pfarrei Knittlingen.*

 Altdahn.

²Da zwischen der ursprünglichen Verpflanzung des Klosters und der Endausfertigung der obigen Urkunde ohne Zweifel ein gewisser Zeitabschnitt lag, steht das Jahr 1148 dieser Urkunde mit dem Jahr 1147 der Urkunde Nr. 324 (WUB, Bd. II, S. 40 f.), mit der Löchgau an das Kloster Maulbronn übergeben wurde, nicht im Widerspruch. KARL OTTO MÜLLER: Die unbekannte Gründungsurkunde Maulbronns vom Jahre 1147. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte, NF 31 (1922-24), S. 29-44, S. 31, schlägt als Datierung genauer (*Zwischen Januar 1 und spätestens März Anfang*) vor.

II

incultum ac omnibus transeuntibus pre insidiis latronum periculosum, transtulimus. Siquidem VII mansos illic sitos et ad ecclesiam nostram pertinentes, sed a predecessoribus nostris hominii occasione alienatos, pecunia a domino Wernhardo de Thanne et a quibusdam aliis, hominii vinculis pro eisdem mansis sibi obligatis, recuperavi, eosque praedicto conventui consensu totius nostrae ecclesiae perpetualiter possidendos donavi. Hunc etiam fundum deo eiusque genitrici a nobis dicatum domina Ita, soror praedicti Waltheri, tribus mansis et dimidio ibidem sitis pro pia sui suorumque parentum defunctorum memoria adauxit. His etiam domina Bertha de Gruningen³ cum filiis suis, Walthero, Cunrado, Ruggero, duos mansos praedictis conterminos, pro remedio animae suae suorumque parentum defunctorum devote addidit. Preterea domnus Wernherus de Rossewag, qui per omnia praedictis Christi pauperibus diligentissime consilio et auxilio profuit, mansum unum supra dictis continuum, in honorem dei sueque genetricis, ipsis perpetualiter possidendum contradidit. Ad hec etiam a Hyrsaugensibus mansum unum inibi situm duobus nostris mansis in Biberbach⁴ sitis legitimo concambio conquistivimus. Sed quia hec omnis terra praedictorum scilicet tredecim mansorum et dimidii, tunc quidem penitus incultis, ad parrochiam in Cnuttelingen decimalis extitit, ita ut tertia pars sacerdoti eiusdem ecclesiae antiqua institutione contingeret, reliquarum vero duarum partium medietas ad praedictum Wernherum de Rossewag ex parentum iure spectaret, restantem autem medietatem duarum trium partium domnus Cunradus de Lomersheim, praefatae parrochiae advocatus, et praenominata Bertha cum filiis suis aequali partitione hereditario iure possiderent, idcirco his decimarum coheredibus una cum domno Bertholdo de Breteheim, qui pro hominii fidelitate praefatas duas decimarum partes a sepedictis coheredibus usu tenebat, nec non fratre eius Altmanno, praefatae parrochiae sacerdote; his, inquam, diligentia nostra in villam Cnutelingen convocatis, me presidente ac praedictis confratribus Bertoldo et Altmanno omni modo consentientibus, praetaxati heredes pro pia sui suorumque memoria decimas praedictorum tredecim mansorum et dimidii praefatis Christi pauperibus perpetualiter possidendos pro decem Brethemereensis monetae solidis, in festo beati Martini singulis annis solvendis, contulerunt: ita ut sacerdoti tertia pars horum denariorum contingat, reliquae vero duae partes denariorum ad possessorem vel ad possessores decimarum attineant.

Parrochianis etiam id fidei assertione attestantibus et, si necesse esset, in reliquiis confirmare cupientibus: horum denariorum pretium utilitatem praefatarum decimarum in tertia vel eo amplius parte excedere.

³Markgröningen.

⁴Entweder Feuerbach, Stuttgart, S oder Biberbach, Röhrmoos, DAH oder Biberbach (Schwaben), A.

III

Quapropter nullus in posterum praedictae parochiae sacerdos vel decimarum heres de praedicta terra bri^a labore praenominatorum fidelium cultae vel penitus neglectae, minus plusve se recepturum speret. Ad haec etiam omnibus ad nostrum episcopium pertinentibus clericis seu laicis sua mobilia vel immobilia donandi, vendendi, emendi, seu se ad ipsos, si regulariter vivere volunt, conferendi, publico nostrae ecclesiae consensu licentiam dedimus, ac decimas novellationum et nutrimenta animalium, sicut summi pontifices nec non reges et imperatores privilegiis suis universo ordini sanxerunt, et nos penitus remisimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini Iesu Christi, quatinus et^b hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

 Haec etiam, ut rata et inconvulsa perpetualiter permaneant, nostri sigilli impressione munire curavimus, testesque hos subscribendos, tam clericos quam laicos, utile fore in posterum putamus. Praepositus de domo Hartwicus. decanus Dietmarus. magister scholarum Winemarus. praepositus sancti Germani Henricus Biwalt. praepositus sancti Widonis Rudolphus. praepositus sanctae trinitatis Lambertus. Liberi praefat[ar]um decimarum coheredes: Cunradus praedictae aecclesiae advocatus. domnus Wernherus de Rossewag. Walterus cum duobus fratribus suis Cunrado et Ruggero de Gruningen. Ruggerus de Butencheim. Adelbertus de Ingersheim⁵. Wolframus de Winesberc. Belremus de Creinhegge. Ministeriales: Anshelmus camerarius et fratres sui Duod. et Dietericus. dapifer Cunradus. Heinricus Griez. Parrochiani praedictae aecclesiae: Wezelo cum duobus filiis suis Wordwino et Burchardo. Berengerus cum filio suo Hartlibo. Walterus. Wezel. Ernest cum universis eiusdem temporis parrochianis.

 Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCXLVIII., indictione XI.

Der Textabdruck erfolgt in Ermangelung des schon im Jahr 1727 vermissten Originals nach CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum

^aÜber *i* in *bri* steht ein Abkürzungsstrich, doch scheint die ganze Stelle verdorben.

^bStatt *et* heißt es bei Besold *oX*.

⁵Groß- und Kleiningersheim.

IV

in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, Maulbronn, Nr. 1, S. 781. Einige offenbare Druckfehler sind stillschweigend verbessert worden.

 Für diese Urkunde ist die Diskussion von Karl Otto Müller und Peter Acht nachzuvollziehen. Karl Otto Müller wies auf Unstimmigkeiten zwischen der Datierung auf das Jahr 1248, in dem das Kloster mit vorliegender Urkunde gegründet worden sein sollte, mit der Datierung der Urkunde Nr. 324 (WUB, Bd. II, S. 40 f.) hin, in der dem Kloster Maulbronn durch Bischof Gunther von Speyer bereits die Kirche in Löchgau gekauft wurde. Auch Papst Eugen III. habe das Kloster bereits durch eine 1148 März 29 in Rheims ausgestellte Urkunde in den Schutz genommen. Er wies dann nach, dass sich das alte Regest allein auf die Narratio, nicht aber auf die Dispositio als die Fixierung des rechtserheblichen Vorgangs bezog, und zog den Wert der vorliegenden Urkunde als Gründungsurkunde in Zweifel. Peter Acht korrigierte diese Annahme indessen, sodass die vorliegende Urkunde gleichwohl als Gründungsurkunde gelten muss, vgl. PETER ACHT: Studien zur Urkundenwesen der Speyerer Bischöfe im 12. und Anfang des 13. Jahrhunderts (Speyer in seinem Verhältnis zur Reichskanzlei). In: Archiv für Urkundenforschung 14 (1936), S. 262-306, S. 294.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 569 (nach Besold). Sammarthanus: Gallia christiana, Bd. 5, Instrum., S. 454, Nr. 1 (nach Besold). KARL OTTO MÜLLER: Die unbekannte Gründungsurkunde Maulbronns vom Jahre 1147. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte, NF 31 (1922-24), S. 29-44, S. 36-38.

Literatur:

KARL OTTO MÜLLER: Die unbekannte Gründungsurkunde Maulbronns vom Jahre 1147. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte, NF 31 (1922-24), S. 29-44, S. 36-38. PETER ACHT: Studien zur Urkundenwesen der Speyerer Bischöfe im 12. und Anfang des 13. Jahrhunderts (Speyer in seinem Verhältnis zur Reichskanzlei). In: Archiv für Urkundenforschung 14 (1936), S. 262-306, S. 287-297. PETER RÜCKERT: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 32.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altdahn, Dahn, PS
 Biberbach (Schwaben), A
 Biberbach, Röhrmoos, DAH
 Bietigheim Wohnplatz (1173)
 Bietigheim, Bietigheim-Bissingen, LB
 Bretten Wohnplatz (5295)
 Bretten, KA
 Eckenweiher, Mühlacker, PF, A
 Feuerbach Wohnplatz (17)
 Feuerbach, Stuttgart, S
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, Ingersheim, LB
 Kleiningersheim Wohnplatz (1156)
 Kleiningersheim, Ingersheim, LB
 Knittlingen Wohnplatz (7037)
 Knittlingen, PF
 Kräheneck Wüstung (22923)
 Kräheneck, Nagold, CW, W
 Lomersheim Wohnplatz (7065)
 Lomersheim, Mühlacker, PF
 Markgröningen Wohnplatz (1046)
 Markgröningen, LB
 Maulbronn

VI

Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Neuburg, Dauendorf, Dep.
Bas-Rhin, Frankreich
 Roßwag Wohnplatz (1126)
 Roßwag,
Vaihingen an der Enz, LB
 Speyer, SP
 Weinsberg Wohn-
platz (2238)
 Weinsberg, HN